


adcommodatum bitumine seu alia materia illines, rescidendo quicquid ab extrema instrumenti linea extat papiri, Tantumq; in summitate pinnacidia duo reliquos ad formam quæ in papiro sunt depicta, per ea vtrinq; foramina facies duo alterum altero maius, ita vt maiora simul & minora æquali distantia distent à prima siue superiori linea Horoscopii. Deinceps quoq; iuxta lineam illam supremam proximo supra y. & x. 3. puncta vides, quibus adiunctæ litteræ 3. sunt L M N. Ut scias istud Brachiolum tibi adfigendum iuxta modum præscriptum, illi filum adnectes sericum cum vnione qui in illo voluatur, ex eo quoq; plumbum dependeat exiguum, filum quoq; tam longum esse debet, vt reposito eo cum Brachiolo super orbem istum paruulum sub cruce, quod in imo eminet extatq; à filo plumbū libere circumquaq; sub instrumento volui reuoluiq; possit sine omni impedimento. Hæc sunt quæ ad instrumēti hui⁹ noticiā necessaria te candidè lector scire voluimus.

Hæc omnia visu potius quam verborum pluralitate ex hoc presenti schemate edoceri poteris.



Quando primam huius Horoscopii partem
quam fieri potuit paucissimis absoluimus,
secundā quōq; parib[re]uitate cōplete[m]ur.

PARS